



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, In Septem Capitalivm Vitiorm Detestationem,
Per Qvadragesimam, An. 1646. narrata**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1649

§. 16. Remedia contra iram.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49161)

occidit, numquid sibi magis nocet, quem mittit in gehennā? Nonne hoc est esse furiosum?

Nihil æquè profuit iratis, quàm agnoscere, nihil inter insanum & iratum esse. Quamquam etiam magnum iræ remedium est dilatio, ut primùm eius feruor relanguescat, & caligo, quæ mentem premit, aut decidat, aut minùs densa sit. Sic iram pressit Dauid impetumque verborum silentio frænauit. Hinc de se dicere audet: *Turbatus sum, & non sum locutus.* Architas Tarentinus cùm in agro comperisset, quosdã è famulis admisisse quiddam indignum, sentiens se commotioem in illos, nihil quidem tum fecit, tantùm abiens: *Fortunati, inquit, estis, quòd irascor vobis.* Socrates iratus filio aliquid delinquenti, nihil aliud dixit, quàm: *Ipse te coërce; & seruo delinquenti; caderem te, nisi irascerer.* Quod ab illo & Plato didicit, qui famulo iratus, itidem dixit: *Loris te caderem, ni iratus essem:* & alia vice, seruum castigare parans, interuenienti Xenocrati, *Flagella hunc puerum,* inquit, *nam ipse sum iratus.* Hoc Ethnici didicerunt, fecerunt, docuerunt. Turpe est, si idem facere nimis sibi graue iudicent Christiani. Athēnodoro, ob senectutem, flagitanti, sibi ut li-

T 4

ceret

XVI.
REMEDIÀ
CONTRA
IRAM.

Psal. 4. 5.

Cic. l. 4.
Tusc. q. q.
& S. Am-
bros. l. 1.
offic. c. 21.
Laërt. in
vit. So-
crat. Va-
ler. Max.
l. 4. cap. 1.
Laërt. l. 3.
Plutarch.
in Vit.
Augusti.

ceret redire domum, Augustus concessit. At cum ille Cæsari dixisset: *Vale* (volens aliquod Philosopho dignum monumentum, apud illum, relinquere) adiecit: *Cæsar, cum iratus fueris, ne quid dixeris fecerisue prius quam Græcarum litterarum XXIV. nomina, apud te recensueris.* Cæsar, ob hoc dictum, Philosophi dexteram amplexus: *Adhuc, inquit, te presente mihi opus est.* Tales monitores amemus, & cum non esse in vindictam præcipientes iubemur, ne ob hoc ipsum, in monentem, irati vindicare nos cogitemus: iuxta illud: *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.* Sic irascemur non peccantes. Sin iram sinamus semper in ianuis excubare, & molossi instar allatrare, inuadere, lacerare quosuis; in illud incidemus: *omnis, qui irascitur fratri suo, reuertetur iudicio. Ira enim viri iustitiam Dei non operatur.* Hinc D. Ambrosius ab Imp. Theodosio præcipiti ira in Thessalonicenses acto, ac iam pœnitente legem condi voluit, vt, si qui ob maleficium Cæsaris edicto iuberentur occidi, id non nisi post trigesimum diem fieret; vt interea temporis maturo sedatoq; animo, ac rebus omnibus rationis libra perpensis, aut parcendum esse videretur, aut vindicandū. Idem, apud Poëtam parens

Ille

Iac. 1. 19.

Matth. 5.
22.

Iac. 1. 20.

Ioan. Co-
sterius in
vit. S.
Ambro-
sij.

Ille monet, ne frana animo per mitte ca-
lenti.

Statius
lib. 8.
Theb.

Da ſpaciū, tenuemq; moram: male
cuncta miniſtrat

Impetus: hoc oro munus concede pa-
renti.

PARS TERTIA.



RÆ vt varij ſunt effectus, ita & va-
ria genera reperiuntur. Quemad-
modum enim etiam iratus & ira-
cundus non ſunt idem, licet ſæpe in vno con-
ueniant, ita neque vna ira idem eſt, quod al-
tera. Poſſeſt aliquis timidus eſſe, & non ti-
mere. Poſſeſt alius timere, qui timidus non
eſt; ſicut ebrius fieri poſſeſt, qui non eſt ebri-
oſus. Ita iratus poſſeſt non eſſe iracundus: ira-
cundus poſſeſt aliquando iratus non eſſe. Cetera,
que pluribus, apud Græcos, nominibus in ſpecies
iram diſtinguunt, quia apud nos vocabula non
habent, præteribo, ait Seneca: etiamſi amarum
nos, acerbumq; dicimus, nec minùs ſtomachofum,
rabioſum, clamofum, difficilem, aſperum: que
omnia irarum differentie ſunt. Inter hos moro-
ſum ponas licet, delicatum iracundia genus. Qua-
dam enim ſunt ira, que intra clamorem confi-
dant; quedam non minùs pertinaces, quàm fre-
quentes;

XVII.
AN IRA
ET IRA-
CUNDIA
SINT
IDEM?
Aristot. 4
Ethic.
Nicom.
cap. 5.
Senec. l. 1.
de ira c. 4.

T 5

quentes;